

Ille revertebat properans
 Navigio infanz o, sponsam ducturus ad aram.
 Insula, quam petit, oceano jam surgere cœpit,
 Ingruit obscuræ subito de nube procella,
 Obruit atque omnes eum nave voragine ponti.
 Spes quam vana fuit! perit sie

Quoniam Musa modo lugens, fortissime *Welsford*,
 Res a te gestas dicet? quando ignifer imber
 Faucibus evomitus ferri provolvit in auram
 Flammis, flammarumque globos, tu scandere primus
Redani aggredieris muros; tu, sanguine sparso,
 Inter saxa eadis lethali vulnere casus,
 Te multi aetatis meminerunt flore vigentem
 Tempore quo magis apta toga est quam pluma vel ensis.
 Nee tunc viginti ante annis et quinque putabant
 Vera tui exemplo fati fore verba poetæ:
 "Dulce et decorum est pro patria mori."

Nec quisquam dubitet quanti te fecerit *Inglis*
 Qui modo decessit vita defendus alumnus,
 Atque tuum ex opibus partem donavit ad usum,
 Qua duec *Te juvenum*, florere scientia possit.
 Hoe debes ævo venienti tradere nomen
 Dneat ut exemplum plures ad tale sequendum.
 Illum desierant vixdum plorare sodales,
 Quum pede mors rigido pulsavit ad ostia *fratris*
 Abripiens subito matis et conjugæ cara.
 Ingenio placido vultuque et more benigno
 Praeditus hic facile sibi conciliavit amicos
 Dum juvenis, gremioque tuo nutritus in alno.
 Miles cum subiit longinquæ pericula belli
 Urbis et obsidione dum vexatus ab hoste
 Multa tulit fecitque ævo memoranda futuro,
 Laude domi, et magno simul est cunctatus honore.
 Et non fama silet quam se sua fortiter *uxor*
 Gessit, opemque viro dedit in certamine sevo,
 Quum Mars horrendus graderetur ubique per urbem
 Igne, cruore, furore et caede loca omnia complens.